

4115

L 225,

2. Oct 1862

Q. D. B. V.

DECALOGUS

ex

Fundamento Accentuum rite examinatus,

Quem

Assistente Divina gratia

&

Inclyta Facultate Philosophica
concedente

Die 19. Octobr. M. D. CCI.

Eruditæ $\varphi\imath\lambda\omega\gamma\omega\eta\pi\tau\omega$ disquisitioni
subjicient

M. FRIDERICUS DASDORFF,
Reichenb. Varisc.

&

GEORGIUS CHRISTIANUS BUSCH,
Lüneburgensis.

LIPSIAE,
Literis GÖZIANIS.

3

DECALOGUS

20

Fundamenta Accedit

etiam deinde

deinde etiam

THEOLOGIA CRISTIANA

etiam deinde



PRÆFAMEN.

Erißimum Cassiodori assertum, quod lib. i. instit. divi. lect. affert, posituras seu puncta esse quasi vias sensuum luminaque dictiorum, quæ lectores ita dociles redderent, tanquam si clarissimis expositoribus imbuerentur, accentibus omni jure competere, quis negabit? Unusquisque enim, qui sacras pandectas interpretari aggreditur divina hac doctrina imbutus sane agnosceret, maximam utilitatem imo ingens lumen accentuum cognitionem ipsi præbere. Quem sensum, quam vocum structuram verborum cumulus dabit, si hoc fundamentum plane negligitur? O jucundum itaque ac utile studium! O summis laudibus dignos istius æstimatorum. Vos vero, qui literarum sacrarum basin hanc rejicitis & pedibus quasi conculcatis, quid est, quod vos movet, an ignota vobis singularis æstimatio, qua veteres pariter ac recentiores studium hoc amplexi sunt? Inspicite Rabbinorum libros, & invenietis sententiae hujus veritatem. In medium prodeat Rabbi Calonymus, cuius verba vos certe refutant: Sic enim in libro suo de accentibus ait: **הטעמים והנה** **הכוויים להבננה** **הכוויים לקוראים** **אליהו** **טרכויות** **פניהם** **בפניהם**; h. e. accentus sunt necessarii ad

A

in-

intelligentiam scripturæ sacrae lectoribus, ac si loquerentur à fa-
cie ad faciem. Agnovit etiam hoc Rabbi Aben-Esra, qui in
libro fol. 199. ita scribit: **כל פרוש שאיןו על מאוניות**
ריך הטעמיס לא האבה לו וליא השם אליו
h. e. omnis expositio, quæ non fuerit secundum rationem ac-
centum, ne acquiescito ei, nec audias eam. Autor tractatus
illius qui est circa Masoram finalem Bibiorum majorum tale
etiam testimonium de accentibus perhibet: **על ידו הנקור נרע פסוק הטעמיס ופרט הפסיקת והמלות:**
הנינגרוד נרע פסוק הטעמיס ופרט הפסיקת והמלות:
ope punctorum & accentuum scimus distinctionem sen-
tium vel sententiarum, & interpretationem versuum &
distinctionum singularum: hinc dicunt Rabbini:
התבה בלא טעם כמלך בלא עטרה:
dictio sine accentu est sicut Rex sine coro-
nâ. Plura testimonia apprehendimus in Thes. Buxtorff. P.
Gramm. p. 599. it. in Wasim. Vindiciis Part. II. c. II. p. 324. it. in
Buxt. F. Tract. de Punctorum origine & antiquitate, P. I. p. 258.
Patet itaque, quam recte fecerint ii, qui sacrum codicem in lin-
gua avthentica emiserunt & interstinctiones per accentus, ma-
ximam partem omiserunt, quod exemplaria non prouersus igno-
ta testantur. Et tuo judicio B.L. relinquimus, quam multi
sint, qui pro suo cerebro novas confererunt, & hodie adhuc
versiones conficiunt, quæ tamen minus perfectæ nominari que-
unt, dum in illis respectus ad accentus ferme nullus habetur.
Deprædicandum verò eorum institutum est, qui doctrinam
hanc illustriorem reddere omni studio contenderunt, quibus
annumerari etiam meretur Clarissimus Dominus Weimarus,
Cognatus noster atque Præceptor in cineribus quoque colen-
dus, & cuius beatæ memoria hanc nostram dissertationem in
perpetuæ recordationis tesseram dicavimus. Huic Viro or-
bis Philogorum eruditus permultum deber, dum in doctrina
sua accentuationis Hebraicæ ingens lumen ijspis accedit. Et

per

per Dei gratiam etiam usque ad hodiernum diem nobis non
desunt, qui in hoc studiorum genere excellunt. Cum igitur
tanta sit hujus doctrinæ necessitas, ita, ut absque illa ne ullus
quidem sacrarum literarum interpretis nomen obtinere pos-
sit, merito summe necessarium erit, ut ille, qui decem Deca-
logi verba rectè secare cupit, istam quām maximē calleat. Du-
uplicatio enim accentuum imperito tantam difficultatem affert,
ut quodnam sit primum, quodnam alterum præceptum, & quo-
modo unum ab altero sit separandum, vix ignoret, cum tamen
mirabili harmonia à perito conficiantur. Quapropter dum
maximi momenti res est, operæ pretium esse judicavimus,
paulo penitus istam pensitare, non obstante, quod nonnulli
jamjam in illam inquisiverint, & sententiam suam publico
quoque communicaverint. Multa enim notatu digna, ut B.L.
ipse perspicet, adhuc supersunt, quæ propter hujus doctrinæ
obscuritatem ab aliis plane non observata, ab aliis verò minus
recte sunt exposita. Itaque nobis licebit pro virium modulo
observationes nostras superaddere, hasque Philogorum Exa-
mini, qua pars est observantia subjecere, præsertim cum hodier-
nis temporibus majori perspicuitate arcanum hoc inspicere
possimus. Tale verò propositum nobis est, ut hanc nostram
dissertationem in duas quasi sectiones dividamus, quarum pri-
ma causam duplicitis Accentuationis decalogi, veramque ejus
divisionem ex firme accentuum fundamento petendam fistit,
altera verò destructionem falsorum præsuppositorum, quæ
prohibent, quo minus rectè decalogus dividatur, continet.

Tu autem sancte Spiritus, adspira nostris conatibus,
ut illud, quod in tuo nomine incepimus, feli-
citer absolvamus.

A 2

Sectio

Sectio prima.

§. 1.

De Decalogo in genere.

Cum itaque de duplice, quæ in decalogo occurrit, Accentuatione jam agere nobis propositum sit, inutile arbitramur, (quia res omnibus nota videtur, nostrique instituti ratio haud patitur,) pluribus de ὀνοματογραφίᾳ decalogi differere. Qui autem aliquid hac de re legere cupit, audeat præter Lexica Etymologica Dannhaueri Collegium Decalogicum Disp. 1. de Decal. in genere p. 10. Bohl. diff. de duplice accent. in dec. P. 1. C. 1. Multo minus numerum denarium adstruere necessarium ducimus, cum sacra Scriptura ipsa contrariæ sententiaz adverteretur Exod. 34. v. 28. Deut. 4. v. 13. c. 10. v. 4. In primis quia nullus fere inter hostes reperiatur, qui numerum hunc denegaret. Mysteria circa causam hujus numeri incerta sunt. Quis enim decem membra principalia in homine, cor, aures, os, cerebrum, manus, jecur, circumcisionem, pedes, oculos, renes, huic numero causam præbuisse crederet. Illud, quod Philo putat, numerum hunc omnium perfectissimum esse, videtur verosimilius. Vid. Buxt. Diff. de Decal. §. 45.

§. 2.

De causa duplicitis Accentuationis.

In causam duplicitorum Accentuum non immerito inquirimus, licet multi ex Rabbinis hanc propter ignorantiam non adduxerint. Alii, ut Martinus Frostius, respiciunt ad speciem locum, & alias in sacra Scriptura non occurrentem anomaliam. Sed commiserationem certe meretur horum viorum in hoc studio ignorantia. DEO T. O. M. sit laus & gloria, qui viam nobis ostendit, ut majori certitudine hac de re judicare possumus. Agnoscamus nullum alium, quam Spiritum sanctum hujus duplicationis Autorem, qui unum quodque præceptum, singulosque versus certo numero accentuum & distincto ordine designare voluit, ut enim singulum præceptum

ptum ab altero, unusque ab altero versus eo rectius distingua-
tur, duplex illa Accentuatio adposita est, una ad præceptum,
altera ad versus habens respectum. Quod paulo post pluri-
bus ostendemus.

§. 3.

De regulis non nullis Universalibus.

Ut autem eo melius vera Decalogi divisio innotescat, regulas
quasdam universales omnia præcepta respicientes nobis hic tra-
dere placet. 1.) Duplex tantum accentuationis prosaicæ datur
sequela in Decalogo, prima versum, altera præceptum spectans.
2.) Accentus, qui sunt territoriales extra Decalogum, etiam
territorium suum obtinent in Decalogo. 3.) Unus idemque
Accentus, sive sit distinctivus, sive conjunctivus, si sub una ea-
demque voce bis est ponendus, semel tantum exprimitur, du-
plicem tamen habet respectum. 4.) Nullus Accentus præ-
cepti subdistinctivus siliquo vel etiam subdistinctivo versus sti-
patus præceptum absolvit. *Sicut Rabbia Exod. 20, 3. Deut. 5, 7. in vo-
ce יְהֹוָה.* 5.) Omnis Sillucus præceptivus, (vel & ejus
vicem gerens *sicuti in precepto IX. Exod. 20, 14. Deut. 5, 18.*) sive
solitarius *ut Exod. 20, 6. 7. 11. 12. 14. it. Deut. 5, 10. 11. 15. 16. 17. 18.*
in precepto I. II. III. IV. VIII. IX. & X. (duplicem tamen respe-
ctum involvens) sive alio versiculi accentu conjunctus, *ut Exod.*
20, 13. Deut. 5, 17. in præc. V. VI. & VII. præceptum absolvit, at-
que finem ipso imponit.

§. 4.

De Divisione Decalogi in duas tabulas.

Decem vero præcepta duas continere tabulas evincit ipsa
scriptura. v. Exod. 31. v. 18. c. 34. v. 1. 4. Deut. 5. 22. c. X. 1. 3. 2. Pa-
ral. V. 10. Primam tabulam comprehendere tria præcepta, se-
cundam vero septem includere, sunt nonnulli, qui negant, sed
absque fundamento & rationibus. Nos vero hanc divisionem,
ut veram retinemus, quam etiam B. Lutherus approbat, &
Nostrates cum ipso ad unum prope omnes. Imo hæc distri-

butio in cana antiquitate suos jam agnovit Autores, quod te-
stantur Clemens Alexandrinus l.6. ἡγαματέων. Augustinus Tom.
I. operum. fol. 87. Isidorus Gloss. super Exod. C. 20. Causa,
qua nos urget, est quoniam dilectio erga Deum, de qua agitur
in prima tabula, & charitas erga proximum, de qua in secunda
tabula, necessario volunt, ut prior includat tria, posterior verò
septem præcepta. Aspicias enim quæso tabulam primam &
judicium adhibe, num in illa verbum dicatur, quod prox-
imum respicere posset; aggredere quoque alteram tabulam, &
invenies, de dilectione Dei haud sermonem esse. Duplex au-
tem officium sive dilectionem hominis his tabulis contineri
ipse Christus testatur Matth. 22. v. 37. Marc. 17. v. 30. Luc. 20.
v. 27. Idem etiam confirmant Hebræi interpres, dum prio-
ris tabulæ præcepta esse de iis afferunt, quæ בֵין אֲרֹנָה לְמִקְדָּשׁ
inter hominem & Deum, posterioris verò de iis, quæ
between בֵין אֲרֹנָה לְחֶבְרוֹן inter hominem & socium sive proximum
suum sunt. Abarbanel fol. 172. col. 3. vocat præcepta primæ
tabulæ דְבָרוֹת אֱלֹהִים præcepta divina & secundæ tabu-
lae רְבָרוֹת אֲנוֹשִׁים humana vid. Buxt. c. I.

§. 5.

De Præcepto Primo.

Quod itaque primam tabulam attinet, ordine proceda-
mus necesse est, initium faciendo à primo præcepto, quod in-
terdictum de non habendis diis alienis & de non faciendis nec
colendis sculptilibus continet. Ut autem vera accentuum
consecutio eo facilius patescat, verba ipsius Textus hic adscri-
bere non inutile arbitramur. Ostendemus autem in unoquoque
præcepto dictamen Grammaticum & Logicum. Verba
Primi Præcepti & quidem quoad versum, sic leguntur in Exo-
do אֱלֹהִים יְהוָה אֱלֹהִים ||| אֲשֶׁר חַזְאַתָּה מִעָרֶץ מִצְרָיִם מִבֵּית
עֲבוֹרִים: לֹא יְהוָה לְךָ אֱלֹהִים אֶחָרִים עַל פְנֵי: לֹא תַעֲשֵׂה

רָאשׁ פֶּסֶל וְכֹל־תְּמִונָה אֲשֶׁר בְּשָׁמִים מִמְּעָל וְאֲשֶׁר בְּאָרֶץ
מִתְחַת מִזְבֵּחַ וְאֲשֶׁר בְּמִזְבֵּחַ מִתְחַת לְאָרֶץ; לֹא־הַשְׁתַּחַווּ לְחַם
וְלֹא תַעֲבְרוּ כִּי אָנֹכִי וְהִיא אֱלֹהָיו אֶל־קְנָאָה פֶּקַד עַזְןָ אֶבֶה
עַל־בְּנֵיכֶם עַל־שְׁלָשִׁים וְעַל־רְבָעִים לְשָׁנָה; וְעַשְׂתָּה חֶסֶד
לְאַלְפִים לְאָהָבָיו וְלִשְׁמָרֵי מִצּוֹתָיו:

Quoad Præceptum verò hoc modo distingvuntur.

אָנֹכִי וְהִיא אֱלֹהָךְ אֲשֶׁר וְחַזְאָתָה בְּמִזְבֵּחַ מִזְבֵּחַ טְבִיעָת
עַבְרוֹת לֹא יְהִי לְךָ אֲרוֹתִים אַחֲרָם עַל־פְּנֵיךְ לֹא
תַעֲשֵׂה לְךָ פֶּסֶל וְכֹל־תְּמִונָה אֲשֶׁר בְּשָׁמִים מִמְּעָל וְאֲשֶׁר
בְּאָרֶץ מִתְחַת מִזְבֵּחַ וְאֲשֶׁר בְּמִזְבֵּחַ מִתְחַת לְאָרֶץ לֹא־הַשְׁתַּחַווּ
לְחַם וְלֹא תַעֲבְרוּ כִּי אָנֹכִי וְהִיא אֱלֹהָךְ אֶל־קְנָאָה פֶּקַד
עַזְןָ אֶבֶה עַל־בְּנֵיכֶם עַל־שְׁלָשִׁים וְעַל־רְבָעִים לְשָׁנָה
וְעַשְׂתָּה חֶסֶד לְאַלְפִים לְאָהָבָיו וְלִשְׁמָרֵי מִצּוֹתָיו

Tale ergo dictamen, talis sequela accentuum in hoc præcepto obtinet, quæ omnino vera est; nec aliam admittere potest. Deuteronomii verba hic non opus est, ut subscribamus, cum ferè eadem literæ eademque puncta sint; & per consequens eadem accentuatio inveniatur. Quæris autem, ubi finis hujus præcepti sit? Resp. Post vocem מִצּוֹתָיו præceptum

ceptum hoc determinari evincit (I.) Silluk iste , qui huic voci
est adpositus. Bohlius aliisque ex hoc fundamento tale for-
mant argumentum: Ubiunque est Silluk purus , ibi est præ-
ceptum absolutum, atqui post vocem מְצַחֵת invenitur talis, E.
Sed minus valida est hæc argumentatio, nam licet concedamus
de secundo , tertio & quarto præcepto , tamen contrariantur,
ut ipse Bohlius perspexit, præceptum quintum, sextum & septi-
mum , quorum finem Sillukus determinat , qui tamen mini-
me purus dici queat. Nos itaque melioris probationis ergo
tali argumento utimur: ubicunque datur Sillukus præceptivus
vel ejus vicem gerens, seu solitarius, seu alio versiculi ac-
centu conjunctus, ibi præceptum est absolutum, atqui post vo-
cem מְצַחֵת datur Sillukus præceptivus. E. hic est præceptum
absolutum. Majoris evidentia patet, quia in nullo præcepto
datur contrarium. Minor etiam vero nititur fundamento ,
nam sillukum hunc præceptivum quoque esse, evincit sequela
accentuum, quæ omnino hunc in fine desiderat. (II.) Pro-
bari hoc potest (etiamsi secundarium tantum locum huic argu-
mento tribuamus) ex adposito charactere minusculo ט, qui ut
alias sectiones minores distingvit, ita & hic tam in Exodo quam
Deuteronomio præceptum primum ab altero dividit. De-
notat vero character iste ט חָסֶן ס, clausum, sicut alias
פָּרָה א apertum significat , vide diversas Rabbinorum
sententias de his literis in Buxt. Tr. de Abbrev. sub Abbrev. ט
p. m. 140. Patet ergo, ubicunque silluk præceptivus &
character minusculus ט locum inveniat, ibi esse finem præcepti.
His presuppositis progrediendum nunc est ad alia, quæ cir-
ca hoc præceptum observatu digna sunt. Notamus itaque
(I.) quod vox יְהִי unico tantum accentu nempe Munach scri-
batur; quid enim opus est, ut duplicatum accentum habeat,
cum unicus sufficiat, qui utrique Domino (Atnachō nempe &
Sakephcatono) servire possit. (2.) Particula נְלֵן v. 3. & v. 4.
Unico

Unico tantum venit accentu; ratio est manifesta, quia enim respectu versiculi lineola Maccaphi interposita est, ideo א' hoc respectu non accipit accentum. Consecutio vero præcepti non admittit Maccaphi, ideo accentus locum invenit nempe ב' servus Domini ב' juxta B. Weimari Accent. Hebr. p. 4. Hic tamen Munach in Targum non est adpositus, & quidem recte, quia tantum hoc accentus versiculares habet. (3.) Notandum in voce יְהוָה v. 2. requiri juxta versum; sed quia nulla syllaba intercedit, tunc accentus - in ר' pro servo accipit; juxta p. 38, in Weim. lib. Cit. (4.) Inveniuntur sub litera ג' in פ' duas vocales nempe - & - & quidem propter duplicem accentuum consecutionem. Nam Imperator versiculi: maximam paucam constituens requirit vocalem longam nempe - præceptivus vero Rabbia ut dux contentus est patach ordinario. (5.) Merito inquiritur, cur post vocem תַּעֲבֹרִים ad וְעַלְתַּעֲבֹרִים simplifices reperiantur accentus, cum tamen à diversis dominis dependant, nempe Silluko versiculari & Athnacho præceptivo in voce ל' ש' נ'. Sed respondemus, causam hujus consecutionis in propatulo esse, cum Silluki & Athnachi ditio unos eosdemque hic loci requirat Reges & Duces, unde etiam, quia hæc ditio non ulterius se extendit, in voce תַּעֲבֹרִם iterum diversi inveniuntur accentus, qui diversam suam consecutionem quoque continuant. (6.) Vitiosum plane videtur, duos Athnachim in unico versu stare; Confirmante hoc Masora finali dum dicit ר' עַלְםָ לֹא יְבֹא שֶׁנְחָחוֹת בְּבָסָק אַחֲרֵי h. e. nunquam duo Athnachi in uno versu convenient. Absit vero, ut hoc dicamus, ut potius quam rectissime in hoc versu duos Athnachim sub duplice tamen respectu locum habere afferamus: Athnach enim ille, qui voci תַּעֲבֹרִם subscriptus est, respicit versiculum, & maximam in hoc versu post Sillukum distinctionem facit; qui autem in voce לְשָׂנָא conspicitur præcepti maximam post Silluki sectionem ostendit. (7.) Cur in

לְאַהֲבָיו וּלְשִׁמְרֵי מִזְרָחֵי non geminati accentus legantur,
iterum patet, quia Sylluk præceptivus & versicularis eandem
accentuum consecutionem obtinent.

§. 6.

De secundo Præcepto.

Postquam igitur, quæ ad præceptum primum notanda fuerunt, consideravimus, proximum nunc est, ut solliciti simus de secundo. Huic autem non ita diu immorabitur, cum pauculum spiret anomaliae. Inspiciamus ipsum Textum, hisce verbis in sacro codice expressum, quoad versum & præceptum simul accentuatum.

לֹא תְשִׁא אֶת־שֵׁם־יְהוָה אֱלֹהֵינוּ ||| לְשִׁוָּא ||| בְּיַד לֹא יְנַהֵּן ||| יְהוָה |||
אֶת־אֲשֶׁר־יְשִׁא אֶת־שְׁמוֹ ||| לְשִׁוָּא : |||

Quæritur hic in primis, cur simplex accentuum consecutio inveniatur in hoc præcepto, cum in reliquis præceptis contrarium videatur, sed scias, semper ubi terminus versiculi cum præcepti Termino simul coincidit simplicem requiri accentuationem, quod hic etiam procedit. Nam hi accentus habent duplē respectum, partim ad versum partim ad præceptum. Silluk enim & Athnach eundem in versiculo obtinent locum, quem habent, Silluk & Athnach præcepti. Minime itaque opus fuit, ut iidem accentus bis subscriberentur. Hinc facile patet, ubi terminus præcepti hujus sit constituendus, cum Silluk præcepti absolutus & adjectus character \flat illud ostendat.

§. 7.

De Præcepto tertio.

Versu octavo & sequentibus continetur præceptum tertium, cuius Dictamen Grammaticum & logicum tam quoad Versum tam quoad præceptum hic ostendendum est.

Quoad

Quoad versum.

זכור את־יּוֹם השְׁבָת || לְקַרְשָׂהוּ || שְׁשָׁת יָמִים תַעֲבֵר || וְעַשֵּׂת
כָל־מְلָאכָתֶךָ : || || || יּוֹם השְׁבִיעִי || שְׁבָת | לִיהְיוֹת אֱלֹהֵיךְ ||
לֹא־תַעֲשֶׂה כָל־עֲלָכָה | אַתָּה וּבָנֶךָ וּבָתֶךָ || עֲבֹרֶךָ וְאַמְתָרֶךָ
וּבְחַטָּאתֶךָ || וְגַרְגַּר אֲשֶׁר בְּשֻׁרְיוֹךְ : || || || צַי שְׁתִי־יּוֹמִים עֲשָׂה
יְהֹוָה || אֶת־הַשְׁמִינִי וְאֶת־הָאָרֶץ || אֶת־יּוֹם וְאֶת־
בְּל־אֲשֶׁר־בָּם || וַיְנַח | בְּיּוֹם השְׁבִיעִי || עַל־כֵן || בָּרוּךְ
יְהֹוָה | אֶת־יּוֹם השְׁבָת | וְיַקְרְשָׂהוּ :

Quoad præceptum.

זכור | אֶת־יּוֹם השְׁבָת || לְקַרְשָׂהוּ || שְׁשָׁת יָמִים | תַעֲבֵר || וְעַשֵּׂת
כָל־מְלָאכָתֶךָ || || || יּוֹם השְׁבִיעִי || שְׁבָת | לִיהְיוֹת אֱלֹהֵיךְ | לֹא
תַעֲשֶׂה | כָל־מְלָאכָה | אַתָּה | וּבָנֶךָ | וּבָתֶךָ | עֲבֹרֶךָ | וְאַמְתָרֶךָ | וּבְחַטָּאתֶךָ
תְּגַרְגַּר | אֲשֶׁר בְּשֻׁרְיוֹךְ : || || || צַי שְׁתִי־יּוֹמִים | עֲשָׂה | יְהֹוָה | אֶת־הַשְׁמִינִי
וְאֶת־הָאָרֶץ || אֶת־יּוֹם וְאֶת־כָל־אֲשֶׁר־בָּם || וַיְנַח
בְּיּוֹם השְׁבִיעִי || עַל־כֵן || בָּרוּךְ | יְהֹוָה | אֶת־יּוֹם השְׁבָת ||
וְיַקְרְשָׂהוּ :

His verbis conceptum legitur præceptum tertium in Exodo.
In Devteronomio voces non nullæ adduntur, imo etiam versus

ultimo hujus præcepti plane alia verba continet, ac in Exod o
expressa leguntur. Quoniam itaque Deuteronomii quoque ve
ra inspicere nostrum institutum desiderat, illa hic consignare
& singulos versus considerare necessarium arbitramur.

Quoad versus.

שְׁמֹר | אֶת־יּוֹם הַשְׁבָתָה | לְקַדְשׁוֹ || כַּאֲשֶׁר צָרֵר יְהוָה אֱלֹהִים : |||
שְׁשָׁת יְמִינָה תַעֲבֵר || וְעַשְׂתָה כָל־מֶלֶכְתְּךָ : ||| יּוֹם הַשְׁבִיעִי
שְׁבָת לְיהוָה אֱלֹהִיךְ ||| לֹא תַעֲשֵׂה כָל־מְלָאכָה ||| אַתָּה וּבָנֶךָ וּבָתֶךָ
וּבָנָר וּבָתָר ||| וּשְׂוֹר וּחֲטֹרֶר | וּכְל־בְּחַמְתְּךָ ||| גָּדוֹר | אֲשֶׁר
בְּשֻׁעָרוֹ ||| לְמַעַן נִיחַח עֲבָדָךְ וְאַפְתָּחָךְ כְּסֹרוֹ : ||| חַסְרָתְךָ כַּי־עֲבָד
הָיוֹת | כָּאָרֶץ מִצְרָיִם ||| וַיַּצְאֵר יְהוָה אֱלֹהִיךְ מִשְׁמָךְ | בֵּין
חֲזֹקה | וּבָרוּעַ נְטוּיה | עַל־כֵן | צָרֵר יְהוָה אֱלֹהִיךְ | לְעַשְׂרֵה
את־יּוֹם הַשְׁבָתָה : |||

Quoad Præceptum.

שְׁמֹר | אֶת־יּוֹם הַשְׁבָתָה | לְקַדְשׁוֹ || כַּאֲשֶׁר צָרֵר יְהוָה אֱלֹהִיךְ : |||
שְׁשָׁת יְמִינָה תַעֲבֵר || וְעַשְׂתָה כָל־מֶלֶאכְתְּךָ : ||| יּוֹם

הַשְׁבִיעִי

השבעו || שבתו || ליהוה אלהיך || לא תעשה כל־ מלאכה |||
 אתה | ובך וברך | ועבך ואטהך || ישורך וחמרך | וכל־
 בחטך | וגראך אשר בשעריך |||| למן | יגוח עברך ואערך |||
 כמך |||| זיכרת || כי עבר חיותו || הארץ מצרים || ייארך
 יהוה אלהיך || משׁך || בך חוכה | ובך נתואה |||
 על־ך צור | יהוה אלהיך || לעשוות את־יוסט השבת;

Pro voce זכור in Exodo in Deuteronomio possumus videmus, it. in fine hujus versus Deuteronomii nonnulla verba addita sunt, quæ in Exodo non leguntur. sed notamus hic in genere assertum, quod Salomo Ben Melech in Commentario suo in Genesim apposuit ut etiam ratione
 ובשנת הרבעית יש בחם
 שנוי מלות אבל חטעם אחר כי כן פניהם הכתיב בשנות
 ורביעית שומר התעניית אבל לא המלות כי גם
 בעשרית הרבעית שהם עקר והتورה שנוי
 בהן במקומיהם הפלים אבל חטעם אחר

Et mutationem verborum quod attinet, est quidem in illis mutatio vocum, sed sensus manet unus; Nam sic est mos Scripturæ, in mutatione verborum; servat nempe sensum, non autem voces, quemadmodum etiam in decalogo,
 qui

qui est fundamentum legis, mutat in quibusdam locis, voces; sed sensus est unus. Licet enim in Devteronomio addantur voces, in Exodo non expressæ, unum idemque tamen in utroque loco præcipitur. Munach iste voci שְׁמֹר subscriptus haud conjunctivus habetur וְ in אֶת יוֹם, sed distinguit vocem hanc à præcedente. Autem servit וְ Kadma in השְׁבָת atque hic alias Gereschi servus hoc loco subdistinctivus est, juxta Weim. l. c. p. 74. Vox נַשְׁרָה juxta quosdam codices, Nisselii, Buxtorffii, Erfurtensis uno tantum accentu nempe Merca insignita est qui וְ Tiphchæ & Munacho vocis וְ servire potest. Sed sunt alii v. g. Varenius, Athias, Clodius, Jablonski, adjungentes Mercæ servum Munachum, ipsi Munach vocis וְ servientem. Ultraque consecutio suo nittitur fundamento, & minus rejici potest. Vid. Weimar. Accent. Hebra. p. 63. Versus 13. in Devteronomio coincidit cum nono Exodi, ideoque non opus est ut huic diu immoremur. Accentus, qui in voce וְ invenitur, minus recte pro Paschta duplicato habetur, sed propter diversos Dominos in voce antecedente etiam hic dantur diversi servi, unus Paschta וְ Sakephikatno serviens, alter kadma qui Gerescho famulatur. Causa cur vox לִיהֵי־הָעֵדָה unico veniat accentu, facile ostendi potest, quia accentus hujus vocis utrisque Domino Tiphchæ & Athnacho servitum suum præstare potest. Quæritur autem, cur in Devteronomio versus hujus posterius usque ad vocem כְּמַנְךָ hemistichium tantum simplicibus gaudeat accentibus. Resp. Id evenit, quia Silluk versus & Athnach præcepti eosdem obtinet Reges & duces, unde haud opus fuit duplices accentus adjicere. Versus ultimus hujus præcepti plane aliis verbis legitur in Exodo, quam in Devteronomio. Exodi verba quod attinet, unicuique voci tantum unicus accentus adpositus est, ratio hæc est, quia Silluk & Athnach præcepti in hoc versu latent, qui eandem cum Silluko & Athnacho versiculari hic loci consecutionem accentuum

um obtinent. Contra in Devteronomio duplex adest accentuatio usque ad vocem נטוּרָה cuius causa est Athnach versiculi, qui plane aliam ditionem ac Sakephkaton præcepti obtinet. Cum verò Sillukus præceptivus & versicularis eosdem Reges, ducesque consequantur, facile conjici potest, cur in fine iterum detur simplex accentuatio. Sed objicere aliquis adhuc posset contra prius nostrum assertum duplēm accentuatiō nem huic versui quoad partem tribuens, voces וּבָרוּךְ בָּאָרֶץ uno tantum accentu insignitas esse. Enim vero Resp. dicendo, simplices istis vocibus adpositos accentus pro geminatis stare, quod perspici potest, ex legitima accentuum consecutio ne. Superest adhuc, ut etiam finem hujus præcepti ostendamus. Hanc indicat Silluk præcepti voci שְׁבַת adpositus. Ille enim simul versum & præceptum claudit, quod patet ex iusta accentuum sequela. Insuper etiam additus character minusculus ס, qui ut in ceteris præceptis, ita etiam in hoc finem confirmat. Absoluto igitur præcepto tertio etiam finis tabulæ primæ adest, quæ niemp̄ tribus prioribus absolvitur præceptis. Nunc bono ordine consideranda venit tabula secunda, septem adhuc continens præcepta.

§. 8.

De Præcepto quarto.

Primo loco in altera tabula ostendimus præceptum quartum, cuius dictamen Grammaticum & logicum iterum Benevolo Lectori communicatur sumus.

כְּבָרָת־אֲבִיךְ וְאַתְּ אַמֵּךְ ||| וְאַרְכֵן יְמִינְךָ || על הַאֲרֹמָה
אֲשֶׁר־וְחוֹזֵק אֱלֹהִיךְ נָתַן לְךָ :

Tale

Tale dictamen talisque sequela accentuum in Exodo conspicitur. In Devteronomio hoc præceptum iterum cum additamento non nullarum vocum comparet, propter quod etiam ordo accentuum aliquantum mutatur. Sed non possumus non hic citare verba ista ex Salomon Ben Melech, quæ supra notavimus in præcepto tertio. Quamvis enim Textus in Devteronomio parum mutatus sit, tamen idem manet præcepti sensus, & in Exodo quoque datur legitima accentuum consecutio. Superfluum putamus Textum e Devteronomio hic subscribere, cum accentus ibi nihil spirent anomaliae. Quæstio autem hic movetur, cur in hoc præcepto tam Devter. quam Exod. simplex conspiciatur accentuatio. Resp. Ex antea dictis satis satisque patet, cur hoc obtingat, nempe terminus præcepti cum termino versiculi absolvitur, ideoque requirit Silluk præcepti eosdem cum Silluko versus accentus. Sed dicis, vox **תְּמִימָה** duplicatus accentibus insignita est. Resp. Munach hic in voce **תְּמִימָה** nihil distinguit aut copulat, sed tantum pro Methego primario substitutus est, juxta p. 96. in Weimar. Item duplicatus paschta **תְּמִימָה** non pro diversis accentibus habetur, sed utrique ut unus idemque accentus considerantur. Notandum autem hic accentum in voce **לֵי** qui figuram **תְּמִימָה** Mapach præ se ferre videtur haud talem esse, sed pro Jethib recte haberi, quia ante vocalem vocis suæ locatur, Vid. Weimar. p. 5. Sed investigandus etiam à nobis finis hujus præcepti, de eo vero non debemus esse dubii, nam Sillukus purus nullo alio subdistinctivo præcepti accentu stipatus, itemque Parascha **סְתוּמָה** post vocem **לֵי** istum sufficienter ostendunt.

§. 9.

De Precepto V. VI. VII. & VIII.

Placet nobis quatuor sequentia præcepta uno comprehendere paragrapho, quia brevia valde sunt, & uno magno continentur versu, quod patet ex eo, quia ter Sillukus impurus appetat priusquam purus adpositus est. Prius itaque dictamen gram-

Grammaticum & Logicum horum præceptorum more con-
sueto indicare volumus.

Quoad versum

לֹא תַרְצֵחַ לֹא תִנְאָפֶן || לֹא תִגְנְבֶן || לֹא תַעֲנֵה בַּרְעֵךְ עַד שְׁקָרָה :

Quoad Præceptum.

לֹא תַרְצֵחַ ; לֹא תִנְאָפֶן ; לֹא תִגְנְבֶן ; לֹא תַעֲנֵה בַּרְעֵךְ עַד שְׁקָרָה :

In Deuteromio plane eadem verba apparent, nisi quod pro
הַשְׁקָרָה hic sic videmus. Non immerito autem
hic inquiritur, cur tot præcepta unico versu comprehendan-
tur, cum contra præceptum primum & tertium multos versus
contineat. Causa hujus suppeditatur ex eo, quia præceptum
primum & tertium prolixiora erant, quam ut unico versu po-
tuissent absolviri; Contra haec præcepta propter paucitatem
verborum & affinitatem materiae haud admittunt, ut singulum
ex iis unicum posset constituere versum. Ubi autem versus
iste determinetur patet exinde, quia post סילוקם purum adpositum videmus, ex quo sequitur ibi versus hujus finem esse. Præceptum absolutum indicat Sillukus præceptivus
cum Soph Pasuk, qui cum quater appareat, etiam quatuor dis-
tincta præcepta ostendat necesse est. Accedit etiam huic,
quod quatuor vicibus nota ista finalis alicujus Paraschæ adjecta
sit, quæ semper finem & exordium præcepti alicujus designant.
In præcepto octavo aspicimus simplicem accentuationem,
quod ideo obtingit, quia terminus præcepti & versiculi coincidunt. Insuper hic disquirendum, quid denotet virgula ista
quæ literis ה in vocibus תַרְצֵחַ תִנְאָפֶן, תִגְנְבֶן, super imposita est.

C

Dicitur

Dicitur virgula *hæc* raphe sive raphatp ex sequenti ratione:
Nam accentus Imperator Silluk vocis תְּרִצָּה in ditione duarum vocum pro servo assumit in voce נַּי accentum alias subdistinctivum Tiphcham, Tihcha autem in voce תְּרִצָּה dñsiderat in נַּי servum suum ordinarium Mercam. Si igitur vox נַּי consideratur ut habens accentum Tiphcham tunc imprimendum est in lit. נ dagesch lene ut saltē aliqualis notula naturæ נ Tiphchæ ostendatur. Si vero vox נ accentu Merca insignita attendatur, tunc haud commode נ verbi תְּרִצָּה imprimitur dagesch lene, sed potius tanquam litera remissa consideratur, & ideo superimposita est huic voci virgula ista raphe remissionem indicans. Tali ratione etiam procedit in vocibus תְּגִנָּה תְּנִאָה. Ex ipsis duplicatis accentibus voci תְּרִצָּה adpositis oritur etiam illa duplicatio vocalium + & - Imperator enim Silluk maximam distinctionem faciens requirit sub litera נ vocalem longam +, Tiphcha autem ut sub distinctivus non tantopere distinguens contentus est vocali brevi Patach: ut igitur utriusque accentui suis maneat valor, tunc utriusque accentus adjecti sunt, unus sub + alter sub נ. Patet ex hoc haud recte dici + sub נ patach furtivum, quasi in + mutatum. Ostendant hujus sententiae asseclæ, ubinam detur Kametz hoc furtivum, libenter fateor, me nunquam hoc legisse, Parach furtivum esse in + mutatum.

§. X.

De Nonno & decimo precepto.

Supersunt adhuc nonum & decimum præceptum, in quorum Dictamen Grammaticum & Logicum etiam inquiramus necesse est. Textus Exodi his concipitur verbis, quoad præceptum & versiculum simul:

וְתִדְבֹּר

לְאַתְחִמֵּר בֵּית רָעֵד || לֹא—תָחִמֵּר אֶשְׁת רָעֵד || וְעַבְדֵי וְאַמְהָוִי
וְשָׂרֵר וְחוֹבוֹ || רֹכֶל אֲשֶׁר לֹרְעֵד;

In Deuteronomii Textu nonnulla verba immutata & voces quædam additæ sunt, quæ tamen parum difficultatis involvunt, ideoque non opus, ut iis immoremur. Placet autem veritatis gratia quæstiones nonnullas circa hæc præcepta movere. Quæritur itaque (1.) an nonum & decimum præceptum sint diversa præcepta. Resp. affirmando quam maximè, quod probatur exinde, quia firmis rationibus probavimus, à primo præcepto usque ad nonum ostè esse præcepta. Patet igitur restare adhuc duo, cum decas præceptorum adesse debeat & negari nequeat. (2.) Probatur accentu vocis רָעֵד athnacho, qui hic loci vicarius Silluki est, & officium ejusdem habet, ita ut IX. & X. diversa esse præcepta significet, sicuti in aliis Sacrae Scripturae locis notante Masora adjecta notula Piska versum determinat. (3.) Distinguuntur hæc duo præcepta per characterem ס five סתוֹת : licet verò character iste in quibusdam codicibus hoc Exodi loco non expressum sit, haud tamen sequitur, hæc duo præcepta, ut unum considerari. Cur non potuit negligentia describentium hoc signum omitti, cum in Deuteronomio constanter expressum inveniatur? Confirmat etiam hoc maxima codicum pars, quæ notulam hanc Samech semper in Exodo expressam habet. Accedit quoque quod Masora in fine Exodi annotarit tales Paraschas minores sive סתוֹת in Exodo ט שׁים וְהַרְמָשׁ nonaginta quinque recenseri, qui tamen numeros, si hoc unum ס omittitur, haud perfectus est. (4.) Nostra sententia potest probari ex diverso concupiscendi genere, sive ex distinctione concupiscentiæ in actualem & originalem,

*non sequit p
alig redit p
verbigerant*

non plane id est

quarum una prohibetur nono, altera decimo præcepto. De hac distinctione, de hoc probandi modo, qui ad Theologos magis pertinet vide plura in Waltheri officina Biblica P. II. p. 913. item Bohl. Diff. p. 43. seq. it. Varenium super Exod. C. XX. p. 216. (II.) Quæritur an IX & X præceptum constet unico an duobus versibus? Resp. affirmando posterius. Notat enim (I.) Masora in Exodi libro 1209. numerari versus; Si itaque versus nonum & decimum præceptum constituentes pro uno habentur, numerus laudatus haud perfectionem suam consequi poterit. (2.) Sententiam hanc confirmat accentus סilluki vicem gerens & unum ab altero versum distinguens. (III.) Quæstio movetur, ubinam finis unius cujusque præcepti latet. Resp. voce ר' determinatur IX; אָשֶׁר לְרֹעֵךְ v. X. præceptum. Quod evincit (1.) accentus Athnach & Silluk, unus præceptum nonum, alter vero decimum absolvens (2.) corroborant etiam hoc adjecti characteres ס f. ס חוּמָה & ס f. פְּתֻוחָה, qui novum præceptum indicant, & unum ab alio distinguunt. (IV.) Inquiritur, cur Athnach inveniatur in fine præcepti IX, cum alias Sillukus præceptum absolvat. Resp. Id accedit, quoniam aliquam convenientiam hæc duo præcepta inter se habeant, nam in utrisque de concupiscentia agitur, diversa tamen ratione. (2.) Notandum, quod id commune sit in locis piscatis, quorum unus hic est. (V.) Cur in his duabus præceptis simplex inveniatur accentuatio. Resp. Causa hujus suggestur ea, quia plane iidem accentus in unaquoque voce fuissent duplicandi, si geminatio locum habuisset, quod vero in decalogo insolitum esse supra luculenter fuit demonstratum. Hæc itaque sunt, quæ pro temporis ratione & viarium modulo notare potuimus, ex quibus certe causa vera duplicitis accentuationis, itemque sincera decalogi divisio abunde satis constat. Nunc proximum est, ut ad alteram quoque nostræ dissertationis partem progrediamur.

Sectio

Sectio secunda.

§. 1.

Postquam igitur nostram sententiam firmis rationibus stabilivimus, promissis stare æquum est, & præconceptas opiniones seponere, quæ studii hujus amicum impedire & turbare valent. Totum autem Decalogum breviter percurremus, ita tamen, ut quod circa unumquodque præceptum minus recte tradatur observaturi simus.

§. 2.

Non possumus non circa Decalogum in genere eos notare, qui singulis ejusdem tabulis quinque tribuunt præcepta, cui sententia fayet Joseph. l. 3. Antiquit. Judaic. c. 4. & 6. scribens: in singulis paginis seu utriusque tabula faciebus exitisse δύο και τρία, duo integra præcepta cum dimidio. Josephum imitatur Philo lib. 3. de Decal. c. 4. dicens; duabus tabulis contineri decem præcepta, in singulis quina. Sic in Talmud. Hierosolymit. Tract. de Sicl. c. 6. hæc leguntur verba: ביצ' חיו לוחות כתובין חננירין כנ' אחוי רבוי ייחושע אמר חמשה על לוח זה וו' על לוח זה. h.e. Quomodo fuerunt tabulae scriptæ? Chananhah filius fratris Rabbi Jehosuæ dixit: Quinque super tabula una præcepta & quinque super altera. His nominatis etiam assentitur Irenæus l. 2. c. 142. Sed hæc diviso, ut supra §. IV. ostendimus nullo nititur fundamento; quærimus enim ab hisce viris divisionis hujus causam, cum adhuc nullam sane perspexerimus. Nos vero nitimur auctoritate Christi, qui Matth. 22, 37. & 39. duas tabulas in duo generalia præcepta divisit, atque præceptum de dilectione proximi & consequenter præceptum de honorandis parentibus ad secundam tabulam retulit. Apostolus Paulus etiam hoc confirmat cum Eph. 6.2. præceptum quartum primum in secunda tabula vocat, quod nem-

pe promissionem secum trahit. Illi itaque, qui primæ tabula plura quam tria præcepta trahiunt, confundunt non obscure duas istas tabulas. Inter illos, qui numerum præceptorum ternarium in prima tabula augent, etiam numerantur illi, qui quatuor primæ tabulæ, secundæ vero sex præcepta assignant. Horum vero error, oritur præcipue exinde, quoniam præceptum primum dividunt & IX. atque X. conjungunt, quod si corruat, ut pluribus postea probabimus, etiam tota ipsorum sententia destructur. Sed Abaranelis rationem, cur ad tabulam primam præceptum quartum referendum sit, hic etiam considerabimus, nempe quod sub istis verbis: honora Patrem, comprehendatur honor Dei, qui verus est Pater & primarius ex tribus sociis qui concurrunt in creatione hominis. Sed Resp. (1) his verbis minime præcipitur honor Dei Patris, utpote quem Deus jam præcepto primo & secundo satis præcepit; dum enim jubet, ut præter ipsum nullum alium sed illum solum pro Deo nostro habeamus, simul etiam jubet, ut debitum honorem, reverentiam & amorem ipsi exhibeamus. 2.) Patet, Deum de carnalibus loqui parentibus, quia hic non solum Patris, sed & matris mentio injicitur. Auctoritatibus, quas adversarii pro sua sententia afferunt, quidem non pugnamus, opponimus tamen ipsis aliam ipsius R. Mosis de præcepto quarto sic loquentis; quia Deus dixit, quemadmodum de honore meo tibi præcipio, ita & de honore ejus, qui mecum participat in creatione tui. Et mox: quemadmodum præceptum hoc quartum de inferioribus agit, sic dedit quoque Deus mercedem ejus in longitudine dierum in terra, quam dedit nobis. Vid. Buxtorff. dissertat. supra citat. Sed hæc omnia obiter tantum notavimus, quæ licet scopum nostrum haud directe tangant, tamen fuerunt adjicienda propter thesin quam in P. I. §. IV probavimus.

§. 3.

Vehementer autem miramur, acerrimum istum authentiæ

tia punctorum accentuumque propugnatorem Joh. Buxtorff.
hanc levissim sententiam, commentum posteriorum Judæorum
esse accentus in Decalogo; uti testantur verba quæ in Thesau-
ro suo grammat. p. 59. perspicüuntur: An ab ipso met Deo hoc
profecatum, an vero ex posteriorum Judæorum instituto? hoc
postremum se mihi magis probat; hucusque Buxtorffii verba.
Sed quænam quæso consequentia, in aliis Scripturæ S. locis,
(quod ipse Buxtorffius P. in Tiberiad. imo etiam filius in Tr. suo
de origine & antiquit. punctorum, ceterique firmiter defen-
dunt) accentus originem suam à Deo s. à viris Θεοπνέυστις tra-
hant, decalogus vero excipiendus est ob specialem fortasse ali-
quam anomaliam. Nonne Decalogus pertinet ad totam Scri-
pturam S., nonne hic àque, ac cætera Scripturæ loca, Dei ver-
bum est? Cur itaque de accentuum antiquitate & divinitate in
Decalogo dubitandum esset, quam in omnibus aliis locis
concedimus, imo pro aris & focis propugnamus. Sed sine
dubio Buxtorff. accentus in decalogo etiam pro divinis agno-
visset, si tantum restitutæ hujus doctrinæ radios, quibus nos ho-
diernis temporibus collustramur, perspexisset.

§. 4.

Miras circa causam duplicitis accentuationis deprehendi-
mus sententias, quarum nonnullas B. Kromaier. in Polymath.
p. 73. collegit. Judæi enim fingunt, Deum decem præcepta
primitus elocutum esse בְּבָת אֶחָד una vice vel uno momento
ברכּוֹר אַחֲרָה h. e. sermone uno אֶחָד eloquio uno,
oratione una, uno nempe Spiritu sine ulla interspiratione, ita
ut omnia præcepta sicuti unum verbum fuerint. Hoc asser-
tum quod in libro Mechilta apprehendimus, quodque Bux-
torffius etiam in Thesauro Grammatico p. 59. notavit, hac ra-
tione adstruere conantur, quia v. 1. legitur, Deum locutum
esse omnia ista verba. Cum autem Judæi hoc non intellige-
rent,

rent, Deus denuo repetit & distincto ordine Decalogum elocutus est. Propterea etiam adpositum fuisse arbitrantur verbum לְאַמָּר dicendo, ita tamen ut Deus tam in secunda quam tertia persona locutus sit. Sed minus probabilis videtur sententia haec Judaeorum, imprimis cum solis nitatur traditionibus, & nihil quam mysteria pro fundamento agnoscat. Imo si hoc verum esset, continuata elocutio extendenda fuisset per totum Decalogum, nec unquam de novo incipienda, quod verò non factum legitur, ut ii, qui primis accentuationis elementis instituti in decem præcepta inquisiverunt, affirmaturi sunt. Interrumpitur enim locutio in voce מֵצָוָה in voce לְשִׁיאָה in voce יְקָרְשָׁה & in רְאֵל aliisque, cuius interruptionis singularis tum investiganda esset ratio. Aliam hujus duplicationis causam nonnulli suppeditare, contendunt ex eo, quo ad diversam Decalogi diversis temporibus & festis decantationem & recitationem Judaicam, sicut expressè scribitur in Commentario isto Biblico Chaskuni vocato respicitur. Cui opinioni assentitur Buxtorff. in thes. p. 61. In solennitate enim festiva rationem haberi dicunt accentuum שְׁמַלְמָעָה h.e. superne appositorum, alias autem שְׁמַלְמָתָה h.e. inferiorum, ibi decantari singulum præceptum ea ratione qua alias versus prolixiores, hic verò more usitato. Exinde etiam nonnemo concludere conatur, accentus præceptivos superiori apparere loco, versiculares autem inferiori; ut propter hanc causam accentus præceptivos En Israël vocet בְּבוֹהִים sublimes, accentus versus vero שְׁפָלִים humiles. Sed quam quæsto assertionis hujus probationem adduxit Autor iste, certè si liberè fatendum est, nullam vidimus. Producimus itaque contra ipsum ocularem demonstrationem, an non tam in versiculari quam præceptiva accentuatione iidem planè accentus prosaici maneant, eandemq; stationem retineant, quam habent in aliis libris Prosais? Ipsa inspectio docebit, versiculares accentus tam superiori

riori apparere loco, quam præceptivos, quod testantur Sa-
kephkaton, Pasta, Kadma aliique qui ratione versus appositi
sunt. Mirum quod hoc perspicere non potuerit tantus in hoc
studio Doctor, cum illud omnes ii facillimè apprehensuri sint,
qui vel prima saltem accentuationis rudimenta hauserunt. Et
miramur certe eo minus, virum hunc suam in hoc literarum
genere ignorantiam prodiisse, cum in vocum ternario ditio-
nis Silluki Tipchain ab eo proximum afficere vocem divellen-
dam, præcedentem verò Mercam conjungendam nesciverit.
Sed hæc $\omega\varsigma \in \pi\alpha\zeta\delta\omega$. Nunc itaque redeundum ad usum ac-
centuum Musicum, & considerandum, qua ratione ille admit-
ti possit. Tantum verò abest, ut primariò usui Musico accent-
us inservire austeramus, ut potius secundarium in Musica usum
illos obtinere concedamus. Primarium enim accentuum of-
ficiū est distingendi sensum; si autem aliquis cantandi arti
accentus fuisse accommodatos affirmaret, cum minus princi-
paliter intelligitur, admittere sanè possumus & volumus. Licet
itaque usum accentuum Musicum ut secundarium libenter
concedamus (quem tamen adhuc multi in dubium vocant,)
hic tamen in præsenti materia causam duplicationis accen-
tuum vix præbere poterit. Nam si hoc procederet, necesse
esset, ut omnes Psalmi & libri Metrici, quos diversis tempori-
bus diversimode Judæi decantare solent geminatis gauderent
accentibus, quod tamen haud fieri experientia satis testatur.
O invidos Cantores! quod in hac scala musicali neminem eru-
dire velitis. Quam quæso dabitis rationem ex arte musica,
cur non totus decalogus geminatis accentibus insignitus inve-
niatur? Manet igitur verissimum accentus imprimis sensui in-
servire, & adhuc nostra sententia circa causam duplicitis accen-
tuationis firmo stat tali quam supra §. II. communicavimus.
Vid. Bohil. Dissertat. de Decal. P. II. Cap. V. p. 57.

D 5.Cir-

¶

Circa divisionem præceptorum præsertim ii quoque no-
tandi, qui ex procœmio seu præfatione (ego sum Dominus Deus
tuus &c.) singulare & quidem primum præceptum faciunt.
Hæc sententia est recentiorum Hebræorum testante Burgens,
in addit. i. in C. XX. Exod. Hanc opinionem etiam fovisse He-
sychium ad c. 26. Levit. confirmat Thomas I. qv. 100. art. 4. add.
& Athanas. in synopsi. Petr. Martyr. in Epistol. Rom. c. 7. v. 7.
sed plane contraria est hæc divisio divinis interputationibus.
Si enim finis præcepti primi adesset post vocem עברית, requi-
reretur Silluk præceptivus, & supervacanea esset integra con-
secutio ר Rbbiæ. Deinde etiam apponi debuisset character
iste ו fine alicujus præcepti certè denotans. (3.) Minus
probabilis hæc divisio ex ea ratione videtur, quia omne præ-
ceptum continet Orationem Imperativam, contra procœmum
hoc comprehenditorationem denunciativam seu indicati-
vam. Ergo haud recte habetur pro præcepto. Quæ omnia
cum simul concurrant, laudata divisio nullo modo locum in-
venire potest. Sed adhuc videtur favere Codex laudatissimus
MSC. Erfurtensis sententiæ Judæorum, qui nempe voces sex
posterioris hujus versus hemistichii simplici accentuatione in-
signivit. Si enim Silluk עברית præceptivus simul & versicu-
laris, vel præceptum & versum dicto modo claudit, tunc ac-
centuum identitas adesse debet. Resp. autem (1) quis hanc
simplicem accentuum consecutionem ut veram probare po-
test? nam minime hac in re fides habenda est Codici isti Erfur-
tensi. Cur non æque, ac alii Codices, hic errare potuit, im-
primis cum constanter alii laudatissimi Codices duplē re-
tinuerint accentuationem? (2.) Si hoc etiam verum est, ut Sil-
luk nempe præceptum simul & versiculum claudat, simplex ac-
centuatio per totum versum non solum per hemistichium ap-
pareret ut patet ex Exod. v. 7. & 12. Licet Nonnemo, quem hic
nominare supersedemus hanc ultimam responsonem haud ad-
mittere

mittere velit, ex earatione, quia præcepti dimidio in voce
אַתְּ נָחַם deberi Athnachum non item medio versus putat. Nam
leges accentuationis haec tenus traditas nihil prohibere, quo mi-
nus ab hoc versu, unius tantum propositionis absit Athnach,
vicem ejus gerente Sakephkatono. Sed hoc ipso Autor ille ve-
hementer errat, cum leges accentuationis ab aliis imprimis à
Præceptore olim meo dilectissimo B. Weimaro traditæ omni-
no prohibeant, quo minus Athnachus hoc loco absit ut patet
ex Reg. IV. sect. I. M. I. n. 2. p. m. 49. Doctrin. Accent. Funda-
mentum rationis nostræ hoc est, quia vicarius ille Sakephka-
toni pro Athnacho ultra quintam vocem à Silluko nunquam se
extendat; ast juxta hunc positum M S C. caderet in vocem se-
ptimam à Silluko, quod ipsum in æternum nullo modo fieri
potest. Adjicit quidem Vir hicce pro stabiliendo errore suo
Ps. 105. v. 6, in quo adest, & eundem versum prosaicum i. Paral.
26. 13. in quo abest, vicem ejus gerente Sakephkatono, atque
hinc putat confirmari posse, vicariatum in codice MSCt. Sed
admittit hoc ipso μετάλλατον εἰς ἀλλογένος. Longam enim di-
versitatem consecutionis Metricæ à prosaica scire debuisset.
Aliam potestatem Athnach in prosis habet, aliam in Metricis.
In illis vindicat sibi maximam post Sillukum distinctionem,
quam in his cedit Mercæ Mappachato. Hinc regulariter Ath-
nach in Metricis ea tantum gaudet potestate, quam Sakephka-
ton obtinet in Prosis. Manet ergo insulsa argumentatio Auto-
ris ab Athnacho metrico ad Prosaicum.

§. 6.

Pensitemus etiam necesse est Reformatorum sententiam,
qui præceptum de sculptilibus se jungunt à præcepto de non
habendis diis alienis. Adducant hi pro sua opinione stabili-
enda multas autoritates in eo etiam rationes quasdam, quæ ta-
men minus valide assertum hoc adstruunt. Buxtorffii rationes
quas in Dissert. de Decalogo assertum hic considerabimus, atque

ad illas quantum possumus respondebimus. I.) Itaque dicit ex ea ratione hæc præcepta esse disjungenda, quia cum absque insufficienti ratione nonum & decimum præceptum divellatur, denarius numerus haud compleri queat. Sed Resp. Buxtorffius hic ex falso aliquo præsupposito concludit, & sententiam suam stabilire conatur. Quis enim ipsi concessit, quis hoc verum esse duxit, nonum & decimum præceptum esse conjungenda? Supra satis probavimus hoc non procedere, imo etiam infra §. seqv. objectiones, quæ contra hoc assertum adducuntur, diluemus. Si igitur hoc corruit, Buxtorffii obiectio insula manet, & facile destrui potest. II.) Buxtorffius argumentatur ex eo quia distincta esse præcepta dicir, quæ sententiis distingvuntur. In primo enim præcepto contineri objectum cultus divini, nempe quisnam pro vero Deo sit habendus, & colendus; secundum autem denotare modum cultus divini, quomodo scilicet verus Deus sit colendus. Sed Resp. 1.) negando primum & secundum præceptum differre, sententiis. Distingvo enim inter sententias subordinatas & disparatas, concedens eisdem subordinatis non vero disparatis differre. Nam deorum alienorum species sunt idola ad collendum proposita; imo ex primo præcepto negativo necessario fluit affirmativum istum Deum esse super omnia colendum, Vid. Danliaw. Colleg. Decal. p. 18. 2.) Quaro à Domino Buxtorffio, an non Objectum cultus Divini cum modo simul locum habere possit? Quid enim prohibet, quo minus hoc fieret, cum ille, qui Objectum nempe verum Deum ignorat etiam legitimum modum haud agnoscere queat. Arbitramur autem Virum hunc Sapientissimum libenter opinionem nostram approbasse, si in arcanum hoc accentuum tunc temporis inquisivisset. Hoc enim satis indicat, præceptum primum non prius determinandum esse, quam absoluto Silluko præceptivo.

§. 7. Ad-

§. 7.

Adhuc superest, ut etiam, quantum tempus permittit, rationes pro conjunctione IX. & X. præcepti dispiciamus, quarum nonnullas urget Buxtorffius in dissert. cit. Alii autem ad defendendam præceptorum identitatem sequentem in modum argumentantur. Ubiunque (1.) Sillukus præceptivus (2.) adjectus character minusculus ס locum habent, ibi est finis præcepti. Atqui inter nonum & decimum præceptum non datur (1.) Sillukus præceptivus, (2.) nec character ס. E. ibi non est finis præcepti. Resp. ad minorem, licet concedamus, Sillukum præceptivum determinare præceptum tamen supra ostensum satis fuit, athnachum hoc loco vicem Silluki gerere, unumque ab alio præceptum distingvere. (2.) Simpliciter negamus, quod notula ista finalis alicuius Paraphæ ס hîc non adfit, nam apertum vitium est in Exodo quod constat ex P. I. §. X. Buxtorffius Fil. cit. loc. conjunctionis veritatem ex eo deducere conatur, quia Deus hoc Exodi loco uno tantum verbo חמר utitur, si vero diversa præcepta essent tunc in decimo præcepto aliud verbum substitui debuisset. Sed Resp. hoc ipsum confirmare nostram sententiam, quod Deus duabus vicibus emphaticum verbum חמר repeatat; Unum enim denotat nonum alterum decimum præceptum. (2.) Vocem hanc altera vice repetitam plus inferre ex eo possumus perspicere, quia in Devteronom. hujus loco positum videmus תְהִתָּאֹת, quod seipsum ad concupiscendum irritare originaliter denotat. Sed objicit Buxtorffius Paulum Rom. 7. v. 7. & 8. unum tantum præceptum de non concupiscendo agnoscere. Resp. Paulus ibi loquitur de primo concupiscentiae actu originali, quem ex lumine naturæ cognoscere non potuisse dicit. Quænam igitur quæ consequentia, Paulus loquitur de concupiscentia originali, E. rejicit illam quæ actua lis vocatur. Deinde unde hoc vis probare, Paulum in cit. loc. versari circa numerationem præceptorum, ego certe ullam hujus mentionem fieri haud perspicio. Ad Autoritates à Buxtorffio allegatas respondeant alii, nam nobis non sufficiunt, cum rationes potius desideremus. Interim ut eo magis veritatem nostræ sententiae indicemus, placet hîc auctoritati auctoritatitem opponere & notare verba Aben Esra quæ in Cap. V. Deut. leguntur. מִלְתָּה חַמֵּר בְּלִשׁוֹן הַקּוֹרֶשׁ מִתְפָּרְשָׂת לְשׁוֹן הַסְּעִיטָה
הַאֲחֶר גַּלְעֵד וְעוֹשֵׂק וְקַחְתָּה שֶׁל אַחֲרִים בְּחֻקָּה וּבְאֱנוֹנָס וּבְ
לֹא יַחֲמֵר אִישׁ אֶת אָרֶץ כִּי אֵם אֵין פְּרוֹשָׂרְכָּן חַנָּה (Exod. 34.24). תְּהִתָּה

תְּהוֹת הָאָרֶץ רַעַז וְלֹא כֵּא חֲכָמִים אֶלָּא לְשֻׁבְחַ וְזַפְעַם הַשְׁטָן
לְשׁוֹן הָאוֹת בְּלָב וְלֹא תֵּצֵא לְפָעַל וְהַנֵּס לֹא תִּחְמֹר בֵּית רַעַז
חַדְבוֹר הַתְּשִׁישׁ וְלֹא תִּחְמֹר אֲשֶׁת רַעַז רַבּוֹר הַעֲשִׂיר וְחוּחַ בֵּית
רַעַז אֲשֶׁת רַעַז נְרָבְקִים וְהַאֲם זָבָד בֵּית רַעַז בְּלָי וְזַעַר שָׁאָם
מִשְׁחָה בְּסֶפֶר חֻווָּה שְׁבָאָר אַזְּדוֹנָה תְּחִת לֹא תִּחְמֹר אָמָר לֹא

לֹא תִּחְמֹר כִּי hoc est: Vox in lingua sancta duas obtinet significatiōnes: una denotat rapinam & oppressionem vel erexitōnem ejus, quod aliorum est, cum vi & violētia. Sic occurrit Exod. 34. v. 24. (non concupiscat aliquis terram tuam) cuius expositio vero talis non est; (ecce terra erit mala) scriptura non enim loquitur nisi in laudem. Alia significatio exprimit concupiscentiam originalem qua non erumpit in actum. Constituunt itaque verba בֵּית רַעַז nonum praeceptum, sed verba seqv. לֹא תִּחְמֹר בֵּית רַעַז decimum. Sunt autem verba אֲשֶׁת רַעַז & בֵּית רַעַז conjuncta invicem, ita tamen ut verba generaliter exponenda sint, quod testatur Moses in libro hoc, quo explicat legem, dum loco תִּחְמֹר posuit. §. 8.

Nunc quoque spurii accentus in dicandi & corrigendi, falsaque accentuum sequela refutanda esset. Quoniam vero tempus hoc non pertinet, insuper etiam isti accentus à Bohl. Dissert. cit. it. à Varenio Comm. in Exod. c. XX. maximam partem notati sunt hoc labore impræsentiationum super se debimus. Interim pedem hic figimus atque Dissertationis nostræ silum abrumpimus, Deo T. O. M. Pro concessis viribus humillimas persolventes gratias.



HB 153747


X 2286278

R

May 98/6dm







Q. D. B. V.
DECALOGUS
ex
Fundamento Accentuum
rite examinatus,
Quem
Assistente Divina gratia
&
Inclyta Facultate Philosophica
concedente
Die 19. Octobr. M. D. CCI.
Eruditæ φιλολογοῦντων disquisitioni
subjicient
M. FRIDERICUS DASDORFF,
Reichenb. Varisc.
&
GEORGIUS CHRISTIANUS BUSCH,
Lüneburgensis.

LIPSIAE,
Literis GÖZIANIS.